



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Liberatur concione Augustana.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

dum. Eām commoditatem ex coortis quas supra  
memorauimus, turbis mira Dei sapientia elicuit,<sup>Liberatur con-  
cione Augus-  
tana.</sup>

ut, quod sine graui certamine obtineri alioqui  
non potuisset, non magno negotio Canonici da-  
rent Canisioque perpetuum tradi successorem si-  
nerent. Is fuit Gregorius Rosephius, qui plus an-  
nos deinceps triginta singulari cum assensu Ci-  
uitatis, parique profectu eam cathedram tenuit.  
Ceterum reliquit Canisius rerum Augustæ faciē,  
plane alteram ab illa, quam ipse primum inuene-  
rat. Catholicorum numerum capitibus auctum  
multis, atque præstantibus: publicas supplicatio-  
nes restitutas: redditam Pontificiis indulgentiis  
autoritatem: instaurata exornataque templa: Sa-  
cramentorum frequentem vsum: subleuatam  
inopiam, virginitatem excitatam, sacra cœnobia  
exculta. Multos sexus vtriusque ad insignem vi-  
tæ probitatem incensos, & institutos. Ad hæc  
gregis Catholici, qui pusillus, ac despectus iace-  
bat, erectos animos, corroboratamque fiduciam:  
contraque vehementer ferociam Hæreticorum,  
& petulantiam fractam, ac mitigatam.

Per autumnum, cùm Hieronymus Natalis <sup>Perenrit Sue-  
ciaam.</sup>  
advisenda Austriæ domicilia processisset, Canisi-  
us in